UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Nautico fœnore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX II.

TRaiectitiam. Donec periculũ ſpectat ad creditorẽ, debitor eſt liber ab vſura communi, ſed tenetur in centeſimam. ſi autem creditor non ſuſciperet periculum in ſe, debitor non tenetur ad cẽteſimam. hoc dicit. cum l. ſeq.*

LEX III.

1 Vectores quando de mercibus teneantur, aut non. numero 3.6.
2 Propter res illicitas exiſtentes in ſalma cum rebus licitis, an tota ſalma perdatur. ⁊ nu. 4.
3 Si frumentum non poteſt extrahi de territorio, ſi mulio onerauit mulum frumento, ⁊ cepit itinerari, ſed nondum exiuit, an incidat in penam.

CUm proponas. Qui ſuſcipit in ſe periculum, tenetur de dolo, niſi ex culpa alterius partis contingat. hoc dicit. Nota caſum huius legis[a] ad id, quod communiter † accedit de vecturalibus, qui cauſa fraudandi vectigalia iter conſuetum non ſeruant, vt eorum ſit periculum.
2 Ité hec lex † inducitur in arg. quod licet quis habeat apodiſſam de quibuſdam rebus, quas portat licite, ſi aliquas alias portet
b illicite, propter illas res illicitas tota ſalma debet confiſcari.[b] De hoc dicas vt in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publica. ⁊ hic per docto. ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Huius legis. Vide. l. Imperatores. de appel. ⁊ Bar. in l. j. de his qui deiece. vel effu.
b ¶ Debet confiſcari. Nota contra illos, qui portant aliquas res ſine gabella. quia non ſolum debent eas amittere. ſed etiam alias, quas portant cum gabella. Contrarium tenuit Bar. in l. cotem. §. dominus. ⁊ Bar. in l. ſi publicanus. §. j. de publ. Et pro iſto eſt tex. in l. j. §. Trebatius. de aqua quoti. ⁊ eſti. ⁊ vide Bal. hic, ⁊ in x. queſtio. ſcripſi poſt Imo. in l. ſeruus communis. de vulg. ⁊ pupil.
* IO. FR. RV. ¶ ADDE Circa iſtam contrarietatem quod no. in dicto §. dominus.

ALIA LECTVRA.

CUm proponas. Vbi aliquis pecuniã traiectitiam aſſumit, ⁊ ſuſceperit periculum in ſe, non tenetur de periculo contingente culpa debitoris. No. hanc legem. Nam vos vidiſtis quod ſi in naui apponantur merces illicite, poteſt nauis de iure occupari, vt hic. Idem ſi mulio portat merces contra ordi-
3 nem gabelle. ¶ Item nota † hanc legem, quod ſi mulio, qui debebat portare merces per vnum iter, ⁊ arripuit vnum aliud iter inconſuetum, caſus periculi pertinet ad eum, vt hic. ⁊ facit l. j. §. igi-
4 tur. ff. de exer. ¶ Item pone † ſtatuto cauetur quod nullus poſſit extrahere frumentum de ciuitate. Contigit quod quidam mulio onerauit mulos frumento, ⁊ aliis rebus, nunquid propter frumẽtum quod illicite portatur, publicabuntur alie merces ſecundum ordinem ſtatuti? Tex. facit qđ ſic, hic. In contrarium videtur tex. in l. ſi publicanus. §. j. ibi, vt ſi quid amplius. ⁊c. ff. de publi. Quid dicemus? Dic ſecundum Iacob. de Aret. quod aut omnes merces erant ipſius mulionis, ⁊ omnes publicabũtur, vt hic. Aut nõ erant ſue ⁊ tunc publicantur tantum merces, que illicite portantur, vt in contrario. Pro hac diſtinctione facit id quod not. l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publi. Et predicta vera, niſi dominus qui locauit mulioni merces portandas hoc ſciuiſſet, vt probatur
5 in d. §. dominus. ¶ Item pone † quod ſecundum formam ſtatuti, frumentum non poteſt extrahi extra territorium. modo quidam
a onerauit mulum ſuum frumento, ⁊ ceperat itinerari, [a] ſed nondum exiuerat territorium, nunquid incidat in penam ſtatuti? Videtur quod ſic, per l. ſi fugitiui ſerui. ⁊ quod ibi no. j. de ſer. fug. In contrarium facit id, quod no. per gloſſ. in l. ſi quis non dicam. ſ. de
6 epiſ. ⁊ cle. melius de extraor. cri. l. j. in prin. ¶ Vltimo † tene menti vnum quod pro mercibus in naui miſſis tenetur ſoluere vectigal vel pedagium dominus mercium, pro naui dominus nauis. Idẽ in mulione, qui ipſe ſoluit pro mulo, vt in l. cum in plures. §. vehiculum. ff. loca.

ADDITIO.

a ¶ Ceperat itinerari. De hac q. ⁊ ſimilibus vide latiſſime per do. Bar. Cepo. Vero. in l. ſi fugitiui. ver. quero ſexto. j. de ſer. fugi.

LEX I.

SI incurſu. Depoſitarius tenetur de dolo ⁊ lata culpa, non de caſu. h. d. Tene menti quod dicit de caſu ⁊ lata culpa, quod in multis locis nõ reperies, quia neſcio alibi quam hic, quia l. quod nerua. ff. eo. dicit de culpa latiori, ⁊ l. contractus. de reg. iur. dicit de dolo duntaxat. Exponit gl. j. de dolo ⁊ lata culpa. Hic non ſunt alia.

ALIA LECTVRA.

1 Inter leuiſſimam culpam ⁊ caſum fortuitum non datur medium.
2 An quis poſſit promittere ſe non opponere de caſu fortuito.
3 Caſus fortuitus qualiter probetur.
4 Dolus quibus caſibus inducat condemnationem.
5 Lata culpa in quibus equiparetur dolo.

SI incurſu. Depoſitarius vel eius heres tenetur de dolo ⁊ lata culpa tantum, non de caſu fortuito. ⁊ poteſt conueniri depoſiti ⁊ rei vendicatio. h. d. ¶ In ſecundo caſu ſolue vt in gl. j. diſtinguendo de latrocinio a furto. Ratio predictorum, quia vbi nulla culpa adeſt etiam leuiſſima, ſtatim quod ſequitur dicitur ca-
1 ſus fortuitus. Iſtud † eſt quod gl. voluit dicere quod inter leuiſſimam culpam ⁊ caſum fortuitum nil eſt medium, vt no. in l. iij. §. ex hoc edicto. ff. nau. caupo. ſta. ¶ Item opp. de l. ſi in Aſia. §. fi. ff. eo. Solue vt in gl. ⁊ dic quãdo culpa precedit caſum, vt in l. fi. in prin. §. j. ff. ad l. Rho. de ia. ¶ Itẽ opp. de l. j. §. ſepe. ff. eo. Sol. Gl. ſumit hic vnam regulam, qđ regulariter depoſitarius nõ tenetur de ca-
2 ſu. fallit in caſibus hic in gl. no. ¶ Opp. ille, † qui promittit ſe non opponere exceptionẽ caſus fortuiti, videtur promittere rẽ impoſſibilem, cum aduerſus caſum fortuitum nõ poſſit quis prouidere, ⁊ ſic impoſſibilitas vitiatur, vt Inſti. de inuti. ſtip. §. j. ⁊ ff. de verb. obli. l. impoſſibilis. Sol. Verum eſt quod impoſſibilitas vitiat, vt in contrariis, tamẽ in caſu noſtro nõ eſt impoſſibilitas neceſſario contingẽs, quia caſum fortuitum euenire non eſt neceſſarium, ſed contingẽs ratione huius pactũ valet. Ita loquit̃ hec lex. ¶ Sed op. de l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitum. ff. ſi quis cau. Sol. Non poteſt ſuſcipi generaliter, vt in contrario, ſed ſpecialiter ſic, vt hic. ¶ Sed contra predicta op. tantum operari debet prouiſio generalis quo ad genus, quantum ſpecialis quo ad ſpeciem, vt ff. de admi. tut. l. ſi duo. Sol. Fateor cõtrarium, niſi eſſet veriſimile promittentem de hoc non ſenſiſſe, quod non poteſt intelligi de caſu fortuito. ⁊ hec
3 eſt ratio illius §. queſitum. ¶ Quero † qualiter probetur caſus fortuitus? Gul. de Cug. videtur dicere quod ſufficit ſacramentum. Alleg. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ibi, cuius fidẽ ⁊c. ff. de exc. tut. Iac. de Are. ibidem tenet cõtrarium ⁊ dicit quod debet plene probari per legitimas probationes, vt in l. in exceptionib. §. j. ff. de proba. Quid dicemus? Breuiter puto veram opi. Iac. ⁊ contra Gul. videt̃ tex. in l. quoties. j. de naufr. lib. xj. Vel poſſum concordare vtrãque, quod aut caſus fortuitus contingit in loco, vbi nullus erat teſtis, ⁊ tunc ſufficit ſacramentũ, vt dicit Gul. ⁊ idem inſpecta cõditione pſone, arg. prealle. l. quoties. Secus ſi caſus fortuitus cõtingeret in loco, vbi eſſent multi teſtes, qr tũc debet legitime pro-
4 bari, vt dicit Iac. de Are. ¶ Quero in quibus † equiparatur lata culpa dolo? Quidam eſt dolus probatus, ⁊ hic condemnationem inducit, vt in l. dolum. de dolo. Quidam eſt dolus preſumptus, vt regulariter in quolibet crimine, ⁊ iſte etiam inducit cõdemnationem, niſi probetur contrarium, vt l. j. j. ad l. Corne. de ſicar. ⁊ l. ſi qs fumo. ff. ad l. Aquil. Quidam eſt dolus inſpectus, ⁊ iſte rationabiliter non inducit cõdemnationem, vt in l. abſentem. ff. de pen. Fallit in l. quãuis. ⁊ auth. ibi poſita. j. ad l. Iul. de adul. ¶ Si queris,
5 † in quibus equiparetur dolo? dic quod dolo preſumpto vel probato equiparatur, quia vbicunque lex diſponit venire dolum, per conſequẽs latam culpam, vt hic, ⁊ in l. quod Nerua. ff. depoſi. Itẽ equiparatur in effectu, quia ſicut ratione doli oritur obligatio, ⁊ ſequitur condemnatio, ita ratione culpe. Fallit in criminalibus, no. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Item equiparatur dolo ſuſpecto, quia ſicut diſſoluta negligentia eſt cauſa late culpe, ita doli, de quo habetur ſuſpitio. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. manda.

LEX II.

VSure. In actione depoſiti quia bone fidei eſt veniunt vſure ex mora. h. d. ¶ Opp. ⁊ videtur quod veniant etiã partus ⁊ fructus, vt l. j. §. hanc actionem. ff. eo. Sol. vt in gl. ¶ Opp. de l. ſi ſacculum. ff. eo. ⁊ l. Lucius. Sol. vſure in depoſito poſſunt venire pluribꝰ modis. Quandoque ex mora, vt hic: quandoqꝫ quia ipſe idem depo-